



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 38. Novi tumultus per Condæum Principem, ejusque Socios concitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. tempus permittatur. V. Restituatur  
A. C. 1614. Dux Vindocinensis Præfecturæ Britan-  
 nicæ. VI. Principes restituantur, eis-  
 que non modo præteritorum oblivio,  
 promittatur sed & apud Regem exte-  
 rosque Principes excusatio, *quod tan-  
 quam boni publici, non Rebellionis studio  
 discessum primo ab aula, dein ad castra ven-  
 tum esset.* VII. Militi ex ærario publi-  
 co stipendia solvantur. VIII. Factioni-  
 bus quibusvis pro omni tempore ab-  
 sineatur, initæque dissolvantur. IX.  
 Nivernio Duci Campaniæ Præfectura  
 reddatur. His legibus annuere omnes,  
 excepto Vindocinensi, qui tum absens  
 erat, huicque foederi subscripserunt,  
 quod etiam Rex, ac Regina ejus Ma-  
 ter Regio firmarunt annulo.

## §. XXXVIII.

*Novi tumultus per Condæum Prin-  
 cipem, ejusque Socios concitati.*

*Sleid. cont.  
 l. 18. art. 10.  
 & seq.*

Attamen sicut nec diuturna nec firma  
 pax in chartis scripta est, ubi sin-  
 cera animorum conjunctio desideratur,  
 ita sane haud diu valuit hoc foedus re-  
 cens initum, Principum indignatione  
 non extincta, sed sub cineribus adhuc  
 latente. Hos inter Cæsar Vindocinen-  
 sis recenti præsertim captivitatis me-  
 moria in Reginam adhucdum exan-  
 descens,

descens, nec paciscentium in verba jurabat, nec militem, ut jussus erat, sacramento solverat, sed potius Marchionem Bonivetum valido cum equitatu Pictavorum terras invadentem in partibus retinuerat. Interea Condæus Ambasia relicta Pictonum Provinciam petiit, quo tamen animo incertum; prævaluere, quibus persuasum, quod Rohanensem Ducem ad opem ferendam animatum advenisset, quo comperto mox Castanæus hujus urbis Episcopus Condæum seditiosa moliri suspicatus cives armari, atque excubitorum numerum augeri & Principem urbis ingressu arceri præcepit: Condæus vero agnito civium furore Nobilem nomine Latrium in urbem præmittit, qui ejus nomine Episcopo minas intentaret, si persisteret prohibere aditu Principem, cui tamen in seditiones nec animus nec vires essent. Jussa exequitur Latrius, qui tamen, cum audacius minas in Episcopum evomeret, a furente populo fuisset trucidatus, nisi civis quidam Condæo favens ipsum in domo sua occultasset. Postea Episcopus omnes Condæo fidos urbe expulit, & Principem, qui ipse nonnisi septem Nobilibus stipatus ad portam accessit, urbis ingressu armata vi exclusit. Condæus hac injuria exacerbatus, ad Dissæum oppi-

Sæc. XVII.  
A. C. 1614.

*Matth. Paris hist.*  
*Lud. XIII.*  
*Memoir. de Rohan.*

Sæc. XVII. oppidum contendit, ibidemque Epi-  
 A. C. 1614. scopi Palatium destrui, soloque æquari  
                  iussit, Bonivetus quoque hujus Præ-  
 fulis terras devastavit, pagisque spolia-  
 tis rusticos crudelem in modum affli-  
 gens, ipsum quoque oppidum Thurium  
 deprædatus est, templisque exustis,  
 nec Sacris nec profanis locis pepercit.  
 Insuper Condæus de injuria questus has  
 literas ad Reginam dedit: *post pacem*  
*a me procuratam, dum sine belli apparatu*  
*in Aquitaniam proficisci intenderam, pro*  
*hoste publico ab Episcopo Pictaviensi habi-*  
*tus sum: æquius vero publicus hostis est,*  
*qui Franciæ Principes recens de Rege &*  
*Regno bene meritos insectatur. Vix credi*  
*potest injussum Episcopum eo temeritatis esse*  
*profectum: in plano est vindictæ modus, si*  
*spontaneum est, quod peccavit. E digni-*  
*tate Regentis est, animadvertere in crimina,*  
*maxime, ubi spreta dignitas Principum,*  
*in quorum Persona Rex petitur. Hæc*  
 Condæus, Regina vero nil dubitans,  
 Principi in res novas esse consilium,  
 nulla mora contra Vindocinensem Du-  
 cem nil minus suspicantem cum valido  
 milite in Britanniam, Brisaccum Equi-  
 tum Magistrum immisit, ipsa vero  
 unacum Rege die quinta Julii cum re-  
 liquo agmine in Pictones magnis itine-  
 ribus irrupit, quo comperto Bonni-  
 vetus, ne crudelitatis & insolentia  
 poenas

poenas daret, mox in fugam avertitur, miles ejus dilabatur, & Condæus Episcopo Castanæo reconciliatur. Tum vero ad primum Regis in Armoricos progressi conspectum, animi rebelles ad obsequium redeunt, arma Vindocinensis ponit, arx Blaveti, vetitæque munitiones ceteræ solo procumbunt, & Rex celeri atque incruenta expeditione Parisios victor revertitur. Tam efficax restinguendis bellis civilibus remedium est, Regis præsentia.

Sæc. XVII.  
A. C. 1614.

§. XXXIX.

*Ludovicus XIII. Franciæ Rex Regno administrando per ætatem capax declaratus.*

Postquam Ludovicus XIII. Rex die vigesima quarta Septembris decimum quartum ætatis suæ annum, quo ex Regni lege ad capeffendas imperii habenas adultus censetur, ingressus erat, ipse comitantibus eum plusquam octingentis Nobilibus Curiam accessit, ibique folio recumbens declaravit, quod nunc ætate major propriis par consiliis esset, suum igitur imperium sibi a Deo datum Senatorum fidei congiangi, & pietate ac justitia invicem sociari peteret: Hæc dicentem excipiebat Cancellarius, qui Reginæ ob adm-

*Calmet Hist. Univers. lib. 151. Gramont. l. c. Declar. Carol. V. Reg. anno 1374. Ordon. Philipp. III. anno. 1270.*

*Hist. Eccles. Tom. LV. T niltra-*